Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31239
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> Kontakt: Stift Stams   <img src="https://manuscripta.at/styles/universitaets-landesbibliothek-tirol.png" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg" height="48">>

diagore theodoriq; sinam vel leucippi inane commentum vel demo
criti epicuriq; levitatem preferre. audeat. auctoritati vel illorum vij pri
orum. qui sunt appellati sapientes vel pitagore uel socratis vel platonis
ceterorum summorum philorum. qui esse prouidentiam iudicauerunt:
Falsa est igitur illa sententia: qua putant terroris ac metus gratia religi
onem a sapientibus institutam: quo se homines impii a peccis abstine
rent: Quod si uerum sit ergo derisi ab antiquis sapientibus sumus
Qz si fallendi nostri atq; adeo totius generis humani causa cōmenti
sunt religionem: Sapientes igitur non fuerunt: qr in sapiente non
cadit mendacium: Sed fuerunt sapientes: que tanta felicitas inuentendi:
ut nō modo indoctos: sed platonem quoq; ac Socratem fallerent & pita
goram zenonem. Aristotelem maximarum sectarū principes tam facile
deluderent: Est igitur diuina prouidentia: ut senserunt hi omnes: quos
nominauimus. cuius uiae pēte omnia que uidemus & facta sunt & regū
tur: Nec n. tanta rerum magnitudo. tanta dei dispositio. tanta in con
seruandis ordinibus temporibusq; constantia aut demū potuit sine pro
uido artifice oriri aut constare tot seculis sine incola potenti aut ī petu
um gubernari sine pito ac sapiente rectore: quod rē ipsa declarat. quicqd
est n. quod habet rationem. ratione sit ortū nēce est: Ratio aut sentientis
sapientisq; naturae est: Sapiens vero sentiensq; natura nihil aliud potest
seq deus: Mundus aut qui habet eam rationem qua & regitur & cō
stat. ergo a deo factus est: Qz si est conditor rectorq; mūdi deus recte igi
ab eo veri religio constituta est: Auctori n. rerum parentiq; comū
honos veneratioq; debetur:-

XII. Quoniam constat de prouidentia: sequitur. ut doceamus.
uerum ne multorum deorum esse credenda sit. an potius
unus: Satis: ut opinor ostendimus in nris institutionib;
deos multos esse. non posse. quod diuina uis ac potestas si distribuitur ī plu
ris diminui eam nēce sit: Quod aut minuitur utiq; & mortale est:
Si uero mortale non est. nec minui nec diuidi pōt: Deus igitur unus
est in quo uis & potestas consumata nec minui pōt nec augeri. Si autem
multi sunt dum habent singuli potestis ac minus aliquid: suma ipsa
decrescit. nec poterunt singula habere totū quod est commune cū pluri
bus: Vnicuiq; tantum deerit: quantū ceteri possidebunt: Non possunt
igr in hoc mundo multi esse rectores: nec in una domo multi domini:
nec in nauī una multi gubernatores: nec in armento aut grege duces
multi: nec in uno regimine multi reges: Sed ne in celo multi soles esse

potuerunt. sic